

TABULA XVI.

DE SIMPLICI ET COMPOSITO.

Ratione Unitatis Ens est vel (a)

Compositum (b), quod est Ens pluriū coniunctione constitutū. Et in hoc formaliter compositum cōsistit. Nihil enim est compositum præter extrema conjuncta, sive nihil importat, quod ab extremis & eorum coniunctione reapse sit distinctum. Hinc divisible est conceptus posterior essentiā **C O M P O S I T I**. Ubi porrò notari debet

Hoc ipsum *Concretum*, nempe *Compositum*, quod dicitur dupliciter. Est scilicet *Compositum* vel (γ.)

Abstractum, nempe *Compositio*, quæ est (δ.) *coniunctio plurium rerum unum tertium constituentium*. Nempe non qualiscunq; coniunctio plurium rerū est *compositio*, sed quā ita plura sunt conjuncta, ut unum tertium constituant. Hinc neque lapidum coacervatio, neque chartarum, quarum una alteri est imposita, contactus, veræ compositionis rationem sibi vendicat. Neque enim ex illis ita conjunctis & copulatis Ens tertium consurgit. Hujus autem notanda

Cum aliquo, & *hoc simplici* non opponitur, sed illud sub se comprehendit. Sicut anima rationalis est simplex; at *composita* cum corpore organico, quōcum hominem constituit; ut & cum habitibus & artibus scientiarum, quæ ipsi, ut accidentia subiecto, insunt.

Ex aliquibus, & tale quid propriè & absolutè est *compositum*, adeoque *simplici* opponitur, cum repugnet, id quod est *simplex*, eō modō esse *compositum*. Ita hominem ex corpore & animā rationali; Christum ex divinā & humanā naturā *compositum* nuncupamus. Solet & partibus opponi, sed speciali ratione, quā ut totum consideratur.

1. *Actione*, quā causa quædam efficiens plura, & quæ reverā divisa sunt, jam primū componit, ut fiant unum. Et hæc vocatur *unitio*.

2. *Termino dictæ actionis*, & appellatur *unio*, quā extrema, cessante uniendi sive componendī actione, postmodū cohærent. Hæcque *unio* (*per actionem producta*) est formalis ratio *compositi*. Statim enim atque extrema per unionem cohærent, *compositum* ex illis formaliter constitutum est; & in esse iū perseverat, quamdiu extremitatum perstat *unio*: simul ac verò hæc dissolvitur, simul illud destrui necessum est.

I. **R E A L E M**, cuius extrema, cum aliquid in reponant, à se invicem reapse & adæquatè sunt distincta. Duo autem ad talēm distinctionem requiruntur. (1.) Ut extrema aliquid in reponant, sive ut utrumque sit verum & reale ens. Neque enim non-ens cum ente, neque non ens cum non-ente componitur. Hinc ex aere & tenebris nulla fit *compositio*. (2.) ut extrema à se invicem reapse & adæquatè sint distincta. Unde etsi & essentia divina & justitia aliquid in re ponit, sive verum ac reale ens est: nulla tamen ex iis dator *compositio*, quia reapse unum & idem sunt. Neque animal *compositum* dici potest ex capite & oculis & naso, quia caput includit oculos ac nasum, adeoq; ab illis inadæquatè est distinctū. v.gr.

1. *Compositio ex materia & formâ*. 2. *ex partibus integrantibus*. 3. (ζ) *Gradibus per intensiōnem*. 4. (η) *ex Essentiâ & Subsistentiâ &c.*

II. **R A T I O N I S** (θ), cuius extrema, cum reapse idem sint, ratione distinguuntur. Non requiritur, ut extrema sint entia rationis, sed sufficit, illa esse ratione tantum distincta v.gr. Qualis *compositio* est 1. ex *Genere & differentiâ*. 2. ex *Subjecto & Proprio*. 3. (ι) ex *Essentiâ & Existentiâ creatâ*. 4. ex *Essentia & Subsistentiâ increata*.

Simplex, quod quidem in reipsa aliquid positivi est, quoad nostrum tamen concipiendi

A B S O L U T E, id scilicet, quod omni reali compositione, sive omnibus partibus realiter distinctis caret: ut **D E U S**, essentia cujusque *Angeli* & *Anima rationalis*. Alias *compositio* rationis enti *absolutè simplici*, ut *DEO*, essentiæ *angeli* & *animæ rationali* non repugnat.

B

modum